

www.e-rara.ch

Accentuum Hebraicorum liber unus

Eliyahu Baḥur

Basileae, [1539]

Zentralbibliothek Zürich

Shelf Mark: Rv 209,2

Persistent Link: <https://doi.org/10.3931/e-rara-42997>

Secundae praefationis summaria interpretatio.

www.e-rara.ch

Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

Nutzungsbedingungen Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelinformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

Terms of Use This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

Conditions d'utilisation Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

Condizioni di utilizzo Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]

Secundæ præfationis summaria interpretatio.



Anc præfationē cōscribit duplici carmine rythmico. In primo laudat deū, q̄ palmo mensurat summitatē cœlorum, finiuitq̄ in sabbato opus creationis. Fundauit terrā super aquas: de legit sibi populum peculiarē, magnis signis eduxit de Aegypto, tradiditq̄ eis terrā desiderabilē, at illi impinguiti calcitrātes & Astaroth adorātes peste & gladio sæpe uexati, tandē in Babiloniā captiui ducti & ibi septuaginta annis detenti, legis Mosaicæ obliui, linguā alienā didicerunt, alienigenas uxores duxerunt, quarū filij maternā linguā discētes, hebraicā neglexerūt. Tandē uero à Cyro rege Persarū permissi, in patriā redierūt, ciuitatē regiā extruxerunt: quos adiens Ezra similis angelo ministeriali, sacerdos, princeps & scribarū pater, separauit ab Israelitis Babilonicas mulieres, eduxit populū dei ex Sinnear nullo ibi relicto, acuit ingeniū suum in scriptura, euulsit spinas & mendas, restituitq̄ in

pristinū decorē. Multis postea annis
trāfactis surrexit coetus quidā rabīno
rū in Tabiria, ciuitate Moēsī & Asī mi
noris, qui legē & scripturā in multis
locis corruptā à mendis repurgarūt,
addiderūt pūcta & accētus, ne rursus
in posterū tam facile corrumpere. Illi
em̄ prę ceteris Iudeis tenebāt interp̄
tationē scripture, ideo nouerāt, q̄s in
q̄ loco ponēdus erat accētus & q̄ di
ctio esset plene aut defectiue scribēda.
Id aut̄ obscuritate magna fecerūt, uten
tes signis, figuris, ænigmatibus & bar
bara lingua, ut nemo ferē haftenus in
tellexerit mentē eorū. Venerūt ob id
q̄dam ad me, rogātes in hūc modum.
Quid hic agis Elīas? Surge, & p̄ gloria
nomīnis tui ede librū aliquē qui eluci
det Masorā, id est, librum traditiōis.
Scimus em̄ q̄d id prestare possis. Quo
audito, dixi ad animā meā: Noli te ab
alienare ab hac iusta petitiōe, sed im
perti domino aliquid temporis, ne
lex eius in dissipatiōem ueniat. Cam
pum habes à patribus tibi derelictū,
in

in quo moram aliquamdiu trahas. Respondit autē mihi anima mea. Placet & mihi. Tunc surrexi, preoccupans etiam lucem matutinā, ut retrusa educerem in lucem, & myſteria abscondita hominibus familiaria facerem, aperiremque oculos cæcorum. Id autem feci uerbis breuibus & utilibus, descriptionis in duabus tabulis publicis, non lapideis sed chartaceis ſtilo ferro & plumbeo &c.

*Secunda rhythmicæ præfationis
breuis expositio.*

Lias Leuites enarrat catalogū librorū à se æditorū. Initio quidem scripsit commentariū in grāmaticam Moſi Kimhi: deinde ædidi librum electū, grāmaticā ſcilicet: tertio librum cōpositionis, in quo explicantur anomalæ dictiones: quarto librum Cantici cū reliquis adiunctis libellis, quos pueros ſuos uocat, aſſeritque toties impreſſos & in Latinā linguā trāſlatos, ut eis uti poſſint & circūciſi & incircūciſi. Magnifico inquit

inquit deum, qui hos foetus meos me
uidere fecit ante mortē meam. Iam ex
tēsa est manus mea ad maiora, impellē
tibus me discipulis meis urgentibusq;
ad interpretationē libri Masora. Quē
tam & si Romæ cōstitutus aliquando
adere cōpissē, irruētibus tamen ca
lamitatibus & urbis illius depopula
tione, coactus fui intermittere labo
rem, & fugere ab urbe Roma, ueniens
quē Venetias urbem magnam, ibi uo
lui eis morem gerere, & facere rem ha
ctenus in Israël nō auditā, quippe per
uiginti annos huiusmodi meditationi
animū intendens, q̄ breuiter & diluci
de rē istam obscurā alijs traderē. Hic
aut plurima exemplaria fuerūt lustran
da, & deus ipse nouit qd non peperci
labori. Vbicunq; em̄ audiui esse librū
aliquē correctū, illuc me recepi & ex
cerpsi bona quæq; ueluti rosas ex spi
nis. Inter ceteros uero libros, Hispani
cos reperi incorruptiores, p̄sertim lib.
Achla instituto meo ualde accommo
dus fuit, q̄ breuis qdem est sed magna
continet

continet, quæ hinc inde in marginibus inueniuntur. Et hic quidē ueniunt scribæ carpendi, quorum studiū magis fuit ut ornate quàm correcte scriberet, more eorū qui muris ruinosis cultū quendam adhibent inanē. Sunt alij, qui quæ alibi sunt tractanda, & hic redundant, uolunt ea adducere, etiam cum proposito materiæ minime quadrent. Probat tamen mihi æditio Masoret, ut hic iuxta Biblicos libros est impressa, cuius optimæ ordinationis autor fuit Iacob quidā Iudæus. Et hic licet magnū adhibuerit laborem, in multis tamen locis non fuit satis oculatus, id quod mirandum non est, cum omne principium difficile sit. Mihi uideſ hic labor reſeruatus, qui omnia recte digererem atq; in ordines suos distinguerem. Certe, crede mihi, multo labore satisfeci & liberaui me ab obligatione mea, sciens neminem alium id facile potuisse efficere, id quod tamen citra iacturā loquor, tantæ tenebræ sunt in Masora. Et ipsa quidē sepes est legis, trahunturq; ex ea
solidæ

Solidæ doctrinæ, rationes & interpreta-
tiones, simplices & figuratiuæ: item iu-
dicia de plenīs & deficientibus, ut hic
exempla in litera posita ostendunt, &
ego in sequentibus copiose declarabo
paucis uerbis. Qui ingeniosi sunt et ex-
ercitatū in scriptura habent sensum, si-
ue sint Christiani, siue Iudei, intelligēt
uerba mea. Porro ad laborē istum ex-
citauit me uir quidam magnus, qui fuit
discipulus meus, & liberaliter decen-
nio fouit me in edibus suis, id quod ma-
le habuit rabīnos, ut etiam intuitum su-
um dedignati fuerint impartiri mihi,
comminantes mihi perpetuū uæ, quod
Christianos ausus fuero docere legē
nostram, cum in psal. scriptum sit: Iu-
dicia sua non manifestauit eis. Sed his
obiectis facile possum excusationem
meam opponere. Et res quidē ita sese
habet. Anno creati mundi 5269. cum
urbs Padua ab hostibus oppugnaretur
& caperetur, atque mea omnia di-
riperentur, forte fortuna relicto loco
meo perueni Romam, ubi Cardinalis
Aegidius

Aegidius suscepit me, interrogans primum de cōditione mea & quid nossem in hebraismo. Cui respōdi, me cunctis diebus uitæ meæ uersatum fuisse in arte grammatica, neminemq; timere, qui in ea mihi præriperet palmam, addēs, me habuisse discipulos, qui me uehementer exercitauerūt in ea arte, ut plus cum illis quàm à rabinis didicerim. Quod ille audiens, hilariter excepit me, gauisusq; est quod deus me duxisset ad eū. Vnde iussit ut secū manerem, illumq; docerem, & ipse uicissim me & familiam meam alere curaret: quod iuxta dictum sapientis fecit, fateorq; me Christianorum praeceptorē fuisse. Et quam uis istud fecerim, laus deo adhuc sum Iudæus, coloq; deum creatorem cœli & terræ, & immunis sum à præuaricatione, cum sapientes id minime uetuerint, sed mysteria legis noluerunt extraneis reuelari, qualia sunt opera creationis & principiū Ezechielis de quadriga. Hæc inquam & similia solum uiris pudicis, sapiētibus, notis & qui sunt de populo

populo Israēl, sunt manifestanda. Qui
secus agit, haud aliter agit q̄ qui mar-
garitum projicit in acervū uulgarium
lapidum, ut Prouerb. 26. scribitur, simi-
lisq̄ est illi qui lapidibus impetit statu-
am Mercurij, nihil enim efficit, & prae-
terea cum mœrore descendet ad infe-
ros, deuorabitq̄ eum ignis qui sufflato-
ne non eget, ut dicit̃ Iob. 20. Et quod
dicunt in Gamara, non committūt se-
creta legis, nisi illi qui habet has quin-
que conditiones, qui est senex, honora-
bilis &c. ut in Isa. cap. 3. sequitur, nobis
sufficiens est ratio ista, quod sapientes
non statuerūt, sacrilegium esse, si quis
doceat gentilē, imò iuxta uerba eorū,
licitum est discere cum eis septem prae-
cepta filiorū Noah, id quod non parū
facit pro me, cum gentilē nequeas do-
cere septē illa precepta, nisi prius eum
docueris linguā. Sed & multi magni ui-
ri suspendendi essent in arbores, quorū
minimum crassius fuit lumbis meis, &
ego dignus nō sum ut nominū eorum
recorder, qui tamen plus q̄ ego docue-
bunt

runt gentes, ex quibus aliqui sunt in felici uita, & quorundam spiritus sunt in paradiso, quidam discunt, quidam sunt magistri, quidam senes & honorabili uultu, quidam philosophi & medici, quidam diuites, qui in fecibus suis coagulati sunt. Et quid sum ego? Captus funibus iniquitatis meae (aut paupertatis, & tunc oni legendum est,) uir humilis & humiliatus, filijs & filiabus oneratus, facultatibus rerum denudatus, cuius ager est deuastatus, in quo non triticum aut hordeum, sed tremor & horror est seminatus: quin & bis iam fui spoliatus, semel Paduae ac deinde Romae, anno scilicet mundi 5287. quando nihil mihi fuit relictum, non uestis quidem pro acerbo frigore, nec panis et ligna in domo. Cubabat domi mater super pullis & ouis, & filiae nobiles maritos expectabant. Ego uero quae haec omnia premebant quid facerem, ut non peccarem, saltem leui offendiculo? Hic certe simplex didici iudicium, nempe nihil esse quod obstat conseruationi uite, ut taceam

am

am omnes illos, quos ego docui, uiros
fuisse bonos & rectos, & qui pro uiri/
li sua student benefacere Israëlitis, ut
etiam lingua nostra, quā gentiles pas/
sim discunt, nobis sit saluti. Hæc itaque
est excusatio mea, qua deprecor que/
relam contra me suscitata. Addam
& hoc, quod gentes nihil doceo nisi
grammaticam: & si interdum occur/
rit uersus biblicus, quare illum in gram/
maticis præceptionibus non explica/
rem? Quod si nihil illis explicarem, pu/
tas quod ob id nihil intelligerent ex/
æditionibus illis quas uersant in mani/
bus suis? Veniunt cottidie ad me qua/
rentes & interrogantes instructionē,
& uultis me propterea condemnare &
habere pro despecto homine? & si qd
loquor, illud mihi debet esse capitale?
Aut si gustauī parum mellis, debeo ob
id mori? Suscipite ergo o sapientes ser/
mones meos, & cesset à me murmur ue/
strum, quoniā oculi uestri uidēt, quod
in innocentia cordis mei id fecerim.
Absit à me, ut uetitum prauaricari ue/
lim

lim, aut tale quid cordi accipere. Misericors
rator deus ille nouit cor meum. Sic itaque
que sese habet causa mea.

*Præfationis tertiæ uersio, quæ à nemine hebraicæ
linguæ studioso non legi debet.*



Ost præmissa ueraciter enarra-
rata, nunc, iam aliquanto diffusi-
or ero in prosaica oratione,
effusiūque quicquid in buccā
uenerit. Et primū explicabo uocabulū
Masoreth, quod quidē non nisi bis in
biblia inuenitur, nempe in Parsha Mat-
thot. Num. 31. ubi bis inuenitur, scilicet
traditi sunt, & ad tradendū, exposuitque
ipsum Dauid Kimhi pro dare ex toto
corde, & ponere quippiā in alterius po-
testate. Sed & ubi hebraismus habet
Deut. 3. Et dedit eū dominus deus no-
ster, Chaldaica uersio habet: Et tradi-
dit eum &c. Vide radicem Masar. Ego
itaque dico, dare non esse idem quod
tradere, nisi habeat subiunctum, in
manum: ut est illud: Et dedit illum do-
minus deus noster in manus nostras.

Dabo